Fragmentarium

quia iam defunctus est. Quo audito ille con
tremuit. magnisque vocibus se interfecto
rem illius clamare cepit. Flens itaque perve
nit ad corpus defuncti. seque coram lecto
illius cum lacrimis in terram dedit. Cumque
vehementer fleret. in terram caput tunderet.
se reum mortis illius clamaret. repente is
qui defunctus fuerat animam recepit. Quod
dum multi qui circumstabant aspicerent.
ad mirationis vocibus emissis. ceperunt
amplius pre gaudio flere. Cumque eum requi
rerent ubi fuerit vel quomodo redisset. ait.
Tetri valde erant homines qui me duce
bant. ex quorum ore ac naribus ignis exi
ebat. quem tolerare non poteram. Cumque
per obscura loca me ducerent. subito pul
chri visionis iuvenis cum aliis nobis eun
tibus obvius factus est. qui me trahentibus
dixit. Reducite illum. quia Severus presbyter
plangit. eius enim lacrimis eum dominus donavit.
Qui scilicet Severus protinus de terra surrexit.
eique penitentiam agenti opem sue inter
cessionis prebuit. Et dum per dies septem de
perpetratis culpis penitentiam redivivus
ageret. octavo die letus de corpore exivit.
Perpende Petre quaeso hunc de quo loquimur Se
verum quam dilectum dominus attendit. quem
contristari nec ad modicum pertulit. Petrus.
Admiranda sunt valde hec. que me
in vetito nunc usque latuisse. Sed quid est

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 70, fol. [1]v – Gregorius I, <i>Dialogorum libri IV</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ed5n/8161/64143)